



Bra. 20. num. 24.

14

1702, 8

530.

24

THESES INAUGURALES JURIDICÆ,
DE

RECEPISSÉ,

QVAS

DIVINA AUXILIANTE GRATIA

IN

ILLUSTRI OMNIUM SCIENTIARUM
UNIVERSITATE ERFURTensi
AUTORITATE ac CONSENSU
INCLYTI JURECONSULTORUM ORDINIS
PRO

LICENTIA,

Obtinendi GRADUM & PRIVILEGIA
DOCTORALIS DIGNITATIS

REGENTE,

Prenobili, Consultissimo ac Excellentissimo,

DOMINO

JOHANNEPHILIPPO
Streif / JCTO,

PER ANTIQVÆ HUJUS UNIVERSITATIS RECTO-
RE MAGNIFICO, ELECTORAL. REGIMINIS
CONSILIARIO, nec non FACULT. JUR.

h. t. DECANO, &c. &c.

Eruditis publicè examinandas sistet

FRIEDERICUS AUGUSTUS USLEBERUS,

Altenburgensis Misericus,

Ad diem 11. Octobr. A. O. R. 1702.

ERFFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



Lorenz Bürgel Major. Schol.

DEO.
PRINCIPI.

**PATRONIS
ET
PRÆCEPTORIBUS.**



L. B.

Ro more in Universitatibus
haudquam irrationabiliter
recepto breve & perspicuum
Ingenij judicij & proficuum
meorum specimen publicè edere
jam mei erit officij, ne vitam
silentio pecorum instar transire videar. Virium
verò mearum experimenta eo in argomento cona-
bor, quod neque in Pietatem, vitaque honestatem
impingit, neque in injuriam Proximi vergere
potest, neque vanum prorsus est & inutile, sed
quod in sphæra docendi, discendi & applicandi u-
sum insignem praefat; Quale impreseñiarum e-
rit de RECEPISSE secundum genuina ac solida ac-
curationis Philosophie precepta, magis probabilibus
& quantum fieri potuit, apodicticis rationibus ten-
tatum. Cum verò nullus dubitem, quin præter vo-
luntatem sepius defuerint vires; hinc à Te L. B.
contendo, ut defectus Ingenij excusare, & quæ pro-
pter infirmitatem Judicij desunt, addere & imposte-
rum meliora sperare velis. Vale!

Q. D.

§ 5. § 6.

Q. D. B. V!

THESIS I.

Datur omnino RECEPISSE.

TH. II.

Hic vocabulum Recepisse Jurisprudentia ejusque
Cultoribus proprium est.

TH. III.

Recepisse, Recognitio Citationis, Testimonium fa-
ctæ insinuationis germanicè ein Schein dessen so überbracht
worden/ unius ejusdemque significationis sunt.

TH. IV.

Recepisse alias denotat approbasse; excommunicatum
plenissime restituisse; possessionem translatam esse; se ad
præstandum aliquid obstrinxisse; excepsisse; nominatim
promisisse; ex suis bonis retinuisse & ad alium non trans-
misisse; Medicamenta composuisse; rem aliquam vindicasse;
& denique abusive & valde in propriè injuriam Re-
alem passum esse.

TH. V.

Recepisse, quoad nomen, est Receptio Citationis

TH. VI.

Realiter definiri potest per scripturam, qua citatus
fatetur, se citationem occasione præsentis processus emis-
sam à nuncio fide judicio citantis adstricto rite recteque
acepsisse.

TH. VII.

Omnes dare debent Recepisse, de quibus constate de-
bet & potest, an recte sint citati.

A 3

TH.



33 7. 6.

TH. XVI.

Persona citata dat Recepisse, non illa, quæ præsens
est in judicio.

TH. XVII.

Promissio Citati ultro venire volentis certa satis sine
Recepisse non est.

TH. XIX.

In dignitate & honore constitutus si negat, se citatum
esse, & id paratus non sit vilis nuncius probare per Rece-
pisse, potior fides ipsi neganti adhibenda est.

TH. XIX.

Dominus negotij Procuratoris sui mandatum ad Re-
cepisse extendere potest.

TH. XX.

Tutor pro pupillo interponere debet Recepisse.

TH. XXI.

Neque eorum in effectu valet Recepisse, qui à judi-
ce competente avocari possunt, ne coram citante com-
pareant.

TH. XXII.

Cum de domo nomine Citati Recepisse dederint,
excipere, aut objicere efficaciter non potest citatus, se u-
xori aliive hac in re fidem habere noluisse.

TH. XXIII.

Citatus cavere potest, se mittere velle Recepisse.

TH. XXIV.

Fidejussor cavere potest, ut citatus mittat Recepisse.

TH. XXV.

Quicunque sit citatus, Recepisse requiritur; unde
& à Vasallo exigi potest, five Electores five Principes ci-
tentur.

TH.

6. 60

TH. IX.

Omnes & singuli ex pluribus nominatum & in specie,
quorum interest, Recepisse dare debent.

TH. IX.

Quicunque possunt consentire liberamq; habent re-
rum suarum administrationem & legitimam personam
standi in judicio, neque lege prohibentur, valide dare
possunt Recepisse.

TH. X.

Recepisse eorum non valet, quibus illud vi, metu,
dolo vel errore extortum est.

TH. XI.

Recepisse ad Citationem, quæ continet expressum
juris errorem, non reddit citatum contumacem.

TH. XII.

Neque infantia, neque pubertati proximi neque Pu-
lli dare possunt Recepisse.

TH. XIII.

Furiosus non nisi dilucida intervalla habens dare po-
test Recepisse.

TH. XIV.

Dat Recepisse vel ipsa persona citata, vel nomine ejus
alia, vel ipse judex, cum facta sit citatio in subsidium juris.

TH. XV.

Cogi non potest de jure perfecto ut det Recepisse
judex per litteras subsidiarias invocatus, ut sua jurisdictioni
subjectum citet, sed hic juris tantum imperfecti, huma-
nitatis scilicet est Recepisse datio, & ad preces fit, non ex
mandato judicij citantis; nisi inter utrumque judicem Pa-
cto aliud quid actum sit.

TH.



103 8. CC.

TH. XXVI.

Citata Universitate non sufficit dare Recepisse Syndicum, sed eos, qui præsunt.

TH. XXVII.

Affixio & subscriptio Citationis judicis in subsidium implorati, vim Recepisse habet.

TH. XXIX.

Citatus in una eademque causa si à pluribus judicibus concurrentem habentibus jurisdictionem citetur, Recepisse dare tenetur ei, qui præventionem haberet.

TH. XXX.

Citatus libello causari ignorantiam non potest, si Recepisse dedit.

TH. XXX.

Testes, litigantium Advocati, & Negotiorum gestores dare possunt Recepisse.

TH. XXXI.

Citatus ab incompetente judge Recepisse dare potest, cum potestate tamen.

TH. XXXII.

Judex sive Actuarius jussu judicis ad Acta reponat testatoris ultimam voluntatem, seu scripto seu oretenus expositam: & non solum ipsi ultimæ voluntati inscribat, quod ista rite sit exhibita à testatore, sed etiam ipsi Testatori breve testatum exhibeat, quod testamentum ad Acta reposuerit.

TH. XXXIII.

Quanquam Scriptura regulariter sit merum Accidens, in Recepisse tamen ut Essentiale quid requiritur.

TH. XXXIV.

Recepisse vel in dorso Citationis, vel in schedula separatim potest exhiberi à Citato.

TH.

103 9. 50

TH. XXXV.

Citatus distincte scribere debet Recepisse.

TH. XXXVI.

Brevitas, si non obscura, ambigua aut incerta, Recepisse fidem non minuit.

TH. XXXVII.

Unde non sufficit Recepisse ita concipere: Egò N.N. anno & mense & die tali citatus sum, secundum formam & tenorem vel citationis vel prout in eadem continetur, vel ad personam vel ad domum; Multo minus sufficit: exectum die N. per N. nuncium.

TH. XXXIX.

In Recepisse citatus claris & expressis utatur verbis.

TH. XXXX.

Pro modo stylī Curia cujusque loci Recepisse breviter & prolixē concipi potest.

TH. XL.

Forma Recipisse talis esse debet, qualis ipsarum literarum citatoriarum est.

TH. XLI.

Si nulla Citationis forma praescripta est; per Recepisse executionis forma specialissime à citato referenda est.

TH. XLII.

Recepisse non nimis arcta concipi debet.

TH. XLIII.

Pro varietate locorum statutis & processus ordinacionibus nova passim forma Recepisse tribuitur.

TH. XLIV.

Si nulla forma Recepisse peculiariter data, servanda erit forma juris communis.

B

TH.

¶ 10. ¶

TH. XLV.

Formula Recepisse apud veteres erat : Sisto ego tibi
me.

TH. XLVI.

Recepisse valet, quanquam citatus non ipse scripserit,
modo subscriptferit, aut testes subscriptferint & subsignave-
rint.

TH. XLVII.

Recepisse peregrino etiam idiomate lingvæ concipi
potest.

TH. XLIX.

Necesse non est citatum omnium dierum mentio-
nem facere quos in Commissionis suæ executione nun-
cius impendit, scilicet eundo, revertendo aut aliud quid
agendo, etiam annotando locum, à quo executurus suam
commissionem abcescit, & ad quem locum post execu-
tionem factam reversus sit.

TH. XLIX.

Recepisse continere debet insinuationem Citatio-
nis, non præcise promissionem Comparitionis.

TH. L.

Continere debet nomen citantis judicis quoad offi-
cium, nomen & cognomen Citati plenum, diem insinua-
tæ Citationis.

TH. LI.

Recepisse insertum habere debet causæ titulum, & no-
minativum appositum actum, qui explicandus est.

TH. LII.

Non æque requiritur, ut Recepisse subscriptetur,

TH. LIII.

Qualiter, ubi, quando & ad quid citatum fuisse per
Recepisse constare debet.

TH.

53 n. 55

TH. LIV.

Recepisse ut à citato claudatur opus non est.

TH. LV.

In itinere vel diversorio vel alio quocunque loco da-
tio Recepisse valet & citationem hactenus invalidam fa-
nat.

TH. LVI.

Die feriato divino Recepisse dari non potest.

TH. LVII.

Circumstantias an nimisrum in personam , an ad do-
mum , & qvalem habitationis ne an aliam , an per Edictum ,
ubi locorum , citatus fuerit , Recepisse præcise referre non
debet , item , quid responderit , quid actum , quid factum ,
per se Recepisse arcta.

TH. LIX.

Denominatio Universitatis collectiva in Recepisse
sufficit.

TH. LX.

Nuncio , non nudo intimatori Recepisse dare debet
citatus.

TH. LXI.

Injurato & incerto nuncio dari debet Recepisse.

TH. LXII.

Juratus nuncius non indiget Recepisse.

TH. LXIII.

Vilibus & infamibus sape ad hoc munus obeundum
promotis , falsas relations facientibus , vel misericordiā
intempestivā , vel metu ductis aut pro modico vini dolio
dejerare consuetis nonnisi per Recepisse creditur.

TH. LXIII.

Tutius & facilius creditur omni nuncio per Recepis-
se Cittati.

B. 2

TH.



12. CC

TH. LXIV.

Citatus Recepisse dans credit nuncio viva voce citan-
ti citationemque approbat.

TH. LXV.

Committere debet judex & potest nuncio, ut exigat
Recepisse à citato.

TH. LXVI.

Consilii est, ut nuncius ipse exigat Recepisse.

TH. LXVII.

Notarius cum testibus citans non indiget Recepisse.

TH. LXIX.

Nuncius Recepisse accipiens ad singulas relationes
factas jurare non debet vera esse, quæcumque super executa
citatione retulit.

TH. LXX.

Relatio executa Citationis à nuncio in propria per-
sona facienda; nisi acceperit Recepisse.

TH. LXX.

Nuncius non solum judici dubitanti fidem facere de-
bet de Citatione per Recepisse, sed & ad Acta Recepisse re-
ferre debet.

TH. LXXI.

Recepisse sine Recognitione citati fidem non habet.

TH. LXXII.

Recognitionem Recepisse facere contumaciter recu-
sans facit scripturam haberi pro recognita.

TH. LXXIII.

Sive videat nuncius sive minus, quod citatus Recepisse
scribat, nihil refert, constabit enim ex recognitione.

TH. LXXIV.

Recepisse insinuari debet judici aut Actuario, aut
in Camera Imperiali Nunciorum Magistro, dem Bothen-
Meister/ vel uni ex Assessoribus.

TH

33 v. 20

TH. LXXV.

Citatus Recepisse aut recognoscere aut jurato diffidere tenetur.

TH. LXXVI.

Recepisse recognitionem præcedere debet ejus Producio.

TH. LXXVII.

Citatus dans Recepisse simul consentit in relationem ejus ad Acta.

TH. LXXIX.

Recepisse ad præparationem judicij pertinet.

TH. LXXX.

Recepisse judici ad Acta insinuari debet priusquam ille de contumacia citati decernit.

TH. LXXX.

Hinc nec in contumaciam sed interlocutoriè saltem judex pronunciare solet hisce formalibus: würde Titius den Cajum gebührend citiren lassen/ und der beschéhenen Insinuation halber Schein d. i. Recepisse ad Acta bringen/ so ergienge in der Sache ferner was recht ist.

TH. LXXXI.

Si testes subscripterunt & subsignarunt Recepisse, & hi recognoscant sua sigilla & subscriptiones & contestentur, quod mortuus id ipsis præsentibus scriperit vel subscriperit, vel etiam in id consenserit, si scribere ipse non potuerit: hoc casu scriptura etiam absque comparatione literarum plene probat. Quod si verò tertius scripsit, ipsi verò testes subscripterunt, eo casu recognitio à solis testibus adhibita comparatione literarum ejus, qui scripsit plenam fidem facit.

TH. LXXXII.

Recepisse vel ipse vel per Procuratorem speciali mandato instructum citatus recognoscere debet.

B 3

TH



¶ 14. ¶
TH. LXXXIII.

Non opus est, ut nuncius facta executione legat tenuerit Recepisse in loco judicij citantis; neque copiam, sed ipsam Recepisse scripturam exhibeat.

TH. LXXXIV.

Citatus quod quis non fuerit, probatur per Actorum inspectionem, ubi Recepisse non invenitur.

TH. LXXXV.

Citationis defectus cum clausula dummodo ad notitiam citati pervenerit aut pervenire debuerit, per Recepisse sanari consuevit.

TH. LXXXVI.

Eandem, quam Recepisse, vim habent literæ absentiæ citatorum, quibus petunt, ut citatio publica refagatur, & promittunt cautionem.

TH. LXXXVII.

A tempore, quo Recepisse ad Acta referuntur, judicium dicit initium, ut citatus contumacia argui possit.

TH. LXXIX.

Ex officio iudex, sine imploratione partium, Recepisse ad Acta referre tenetur.

TH. LXXXIX.

Præsumitur quis non citatus, nisi hoc probetur, id quod sit per Recepisse citati à nuncio insinuatum apud judicem.

TH. XC.

Judici, non parti citanti, Recepisse offerre debet nuncius.

TH. XCI.

Executor fide judicio citantis non adstrictus, aut injurat non tenebitur gratis dare Recepisse.

TH. XCII.

Si quid ultra debitum extorserit Executor, tenetur de criminis concussionis; Qualis etiam poena relationem falsam renunciantis est.

TH.

TH. XCII.

Nuncius non indiget Recepisse ad ulteriorem legitimacionem, semel factâ debita insinuatione, & metus Exceptionis non factæ citationis, negligentis aut ad Acta Recepisse referre nolentis judicis præsumtione pro judice eliditur.

TH. XCIV.

Unico nuncio credendum, cum Recepisse habeat.

TH. XCV.

Recepisse consilii plena res est, dum neque falsa nunci relatio neque imperita judicis condemnatio rebus sic stantibus metuenda est.

TH. XCVI.

Recepisse sub comminatione exigi nequit à judge.

TH. XCVII.

Ubi nulla Citatio, ibi nec Recepisse.

TH. XCIX.

Ubi nulla citatio necessaria, ibi nec Recepisse datio necessaria.

TH. XCIX.

Ubi ignorantia citationis non excusat, sed aliquis simpliciter comparere tenetur, ibi non requiritur Recepisse.

TH. CI.

Recepisse requiritur, ut de recte executa citatione, non de comparituri certitudine constet.

TH. CI.

Ubi necessaria causa cognitio, ibi præprimis Recepisse requiritur.

TH. CII.

Veram citationis notitiam Recepisse inducit, ita, ut efficaciter ignorantie exceptione citatus se tueri nequeat.

TH. CIII.

In uno eodemque Processu una eademque causa semel dari Recepisse sufficit.

TH.



103 16. 89

TH. CIV.

Quando citatus dicit & in ea confessione perseverat,
nolo comparere, idque judicem scire volo, vim Recepisse
kabet.

TH. CV.

Si per quem factum, quo minus nuncio citatus dede-
rit Recepisse punitur tanquam causa moralis.

TH. CVI.

Qui liti sepe offert, ut det Recepisse, cum tamen ad eum
non pertineat citatio, punitur arbitrarie, ne judicium elu-
forium fiat.

TH. CVII.

Quanquam quis Recepisse dederit, nihilominus tamen
in loco non tuto comparere non tenetur.

TH. CIIX.

Per Recepisse constat jurisdictionem judicis Citantis
perpetuatam & preventam esse.

TH. CIX.

Per Recepisse citati acquirit judex citans exercitium
jurisdictionis; Pars Citans facultatem persequendi jus su-
um; Pars citata securitatem, ut non contumacia accusari
& condemnari possit; Nuncius denique fidem recte
riteque insinuatæ citationis.

TH. CX.

Recepisse dari potest vel ad totam causam vel ad cer-
tum actum tantum.

TH. CXI.

Causa Efficiens Recepisse est Lex præprimis Non. Scri-
pta.

TH. CXII.

Causa impulsiva, ut constet de executa citatione.

TH,

17. 50
TH. CXIII.

Materia sunt omnes causa, qua cognitionem requirunt,
etiam singuli causarum actus.

TH. CXIV.

Hinc ubi causa cognitione non necessaria est, ibi nec Cita-
tio; Et ubi non Citatio requiritur, ibi nec Recepisse.

TH. CXV.

Finis, experiundi juris causa, præparanda defensionis.

TH. CXVI.

Effectus, Litis pendentiam inducit, rem facit litigiosam
jurisdictionem perpetuat, interrumpt præscriptionem.

TH. CXVII.

Affinia Recepisse sunt Literæ Reversales, ut & breve
testatum, Reum esse citatum à judice Actori transmissum,
Tage-Zettel / in quo judex certum diem statuit, quo jus-
sum Actor experiri & persequi debeat; ut & intuitu insi-
nuata citationis per Notarium confectum instrumentum.

TH. CXIX.

Non propter Recepisse, sed non comparitionem con-
tumaciæ accusatur Reus.

TH. CXIX.

Sive quis citetur ad amicabilem rerum compositio-
nem, ut Gütthe/sive ad Processum, zum rechtlichen verfah-
ren utroq; tamens casu Recepisse necessarium & utile quid
est.

TH. XX.

Recepisse est institutum legis mere civilis.

TH. XXI.

Recepisse non nisi occasione hujus non alterius ori-
turi Processus valet.

TH.

TH. 18. CC
TH. XXII.

Quanquam de plano & simplici in causis summariorum procedatur, nihilominus tamen requiritur Recepisse in illis.

TH. CXXIII.

Recepisse non requiritur, ubi iudex potest procedere spretis solennitatis juris Civilis & quando pronunciare potest secundum conscientiam.

TH. CXXIV.

Recepisse non requiritur quando absenti & non cito nulla competit defensio.

TH. CXXV.

Recepisse in causa capitali non sufficit.

TH. CXXVI.

Recepisse sive Recognitiones ad Acta facienda probant, quod insinuata Edictales citationes justo & legitimo tempore affixa & resixa sint.

TH. CXXVII.

Per Recepisse cessat Exceptio Citationis deficientis, illegitimae, intempestivae.

TH. CXXIX.

Semel citatus non dans Recepisse & non comparens, secunda vice dans Recepisse & tamen emanens videtur per Recepisse absentiam & contumaciam excusare.

TH. CXXIX.

Per Recepisse expresse renunciat citatus Exceptio ni oblivionis Termini.

TH. CXXX.

A Recepisse different Literæ de Adviso.

TH. CXXXI.

Recepisse & hoc operatur, ut citatus nonnisi à die executæ & insinuata Citationis comparere teneatur.

COR-

COROLLARIA.

- (1.) Non uia eadēque jura tradendi sive docendi discendique ratio esse potest.
- (2.) Certum & definitum tempus omnium & singularum studijs, inscitè & imprudenter statuitur.
- (3.) Fundamenta juris Universalia sunt, quæ per singularia illustrantur.
- (4.) Praxis nonnisi Applicatione differt à solida juris Theoria.
- (5.) Solidè doctus quosvis cuiuscunque Autoris libros legere & intelligere potest; non autem quivis, qui legit, intelligit libros solide doctos.
- (6.) Magna barbarie pars est haud nosse verè bonos libros, etiam in jure.
- (7.) Nimia Confidentialia, Ambitio, Avaritia multos, spurious tamen, librorum partus edit.

Lætitiam cepi magnam, dum Fautor Amande
Dulcem salutem protinus
Dixisti, ingressus nostras ædes mihi, ab illo
Cujus necessitudine
Usus sum valdè Naumburgi castra securus
Tum temporis scholastica
Triginta ante annos, Töppfero Sceptra tenente
Schola, Viro Clarissimo,
Scilicet, Ekker & hoc Symmistrà nomine clarò
Ecclesiæ Schlobenium.

Ma.




Majorem, verò cum Me, Clarissime Lyta
Usléber invitaveris
Munus ad opponentis, enim Tua pulchra Camæna,
Et principalis svavitas
Fecit, ut hanc spartam quamvis indignus eadem,
Tamen lubens suscepimus,
Erfurtbi ut quoqz sacerum testarer amorem,
Quod Te, Tuosque prosequor;
Complacuit simul, & cum tractas arte celebri
Maceriam rarissimam
Hactenus haut visam, de Recepisse, receptam
Tamen in Foro tritisimo.
Hinc Specimen laudo, atque Labor laudandus in illo,
Dudum Gradum Licentiae
Usléber, Fautor charissime, quem meruisti
In Jure Utroque gratulor,
Hoc votō annexō, quò tantus honos bene cedat
In commodum Reipublicæ,
De bonitate DEI certè pars maxima Vita
Erit Tua felicior,
Donec TE serò rerum suprema Potestas
Domum in suam *recepit*!

Hæcce Nobilissimo & Doctissimo Dn, Docto^{rando} Friderico Augusto Usléber, Fautori suo honoratissimo
h. & a. ergo apponere voluit, debuit Erfurthi d.
10. Octobr. 1702.

GEORGII ADAMUS Behrmann/ Wicha-Thur.
Potentiss. Elect. Sax. ac Sereniss. Duc. Saxo-Vinar. & Ilinac.
resp. Immatriculatus, Regim. & Praefectur. Advocatus,





ULB Halle
001 608 150

3



5b.

VDN8

V017





Br. 20. num. 24.

1702/8

24

14

THESES INAUGURALES JURIDICÆ,
DE
RECEPISSE,
QVAS
DIVINA AUXILIANTE GRATIA
IN
ILLUSTRI OMNIM SCIENTIARUM
UNIVERSITATE ERFURTensi
AUTORITATE ac CONSENSU
INCLYTI JURECONSULTORUM ORDINIS
PRO
LICENTIA,
Obtinendi GRADUM & PRIVILEGIA
DOCTORALIS DIGNITATIS
REGENTE,
Prenobili, Consultissimo ac Excellentissimo,
DOMINO
JOHANNE PHILIPPO
Streit / JCTO,
PER ANTIQVÆ HUJUS UNIVERSITATIS RECTO-
RE MAGNIFICO, ELECTORAL REGIMINIS
CONSILARIO, nec non FACULT. JUR.
h. t. DECANO, &c. &c.
Eruditis publicè examinandas sistet
FRIEDERICUS AUGUSTUS USLEBERUS,
Altenburgenis Misnicus,
Ad diem II. Octobr. A. O. R. 1702.
ERFFORDIÆ, Typis GROSCH'ANIS, Acad. Typogr.

33

Lorenz Bürgel Major P. F.

